asseruit unitatē; Cū dixerit: pater qui in me ma
ne& ipse loquitur: Et opera que ego facio ipse fa
cit: unitatē euidentissime declarauit; Deinde pe
trus: unā naturā ostendit ēē diuinā; Potuit enī
sic dicere: si aliter estimasse&; potuit inquā sic di
cere: ut nos facere& diuinarū consortes naturarū:
maxime cū per filiū in naturę diuinę consortiū
transeamus; Numquid potest donare qđ non ha
be&; Ergo non est dubiū quia deo qđ habe& do
nat: Et ideo habe& naturā diuinā: qui consortia
diuinę donat naturę; Apostolus quoq; paulus
dicendo quia natura non sunt dii: ostendit unā
ueri dī esse naturā; Namq; & ipse potuit dicere:
qui naturis non sunt dii: si sciret pluralitatē diui
nę ēē naturę: ut alia esse& in patre alia in filio
alia in spū sc̄o; Dicendo ergo natura non sunt
dī: unitatē naturę expressit diuinę; Quid est aūt
natura dm̄ esse: nisi uerū dm̄ esse; Sicut ad thes
salonicenses dicit; Quomodo conuersi estis ad dm̄
a simulacris seruire dō uiuo & uero; Illi enī dii
ēē simulantur: Natura aūt dš uiuus & uerus ē;

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 102, p. p.%20256 – Ambrose, De spiritu sancto and De incarnationis dominicae sacramento . Victricius of Rouen, De laude sanctorum (http://www.e-codices.ch/en/csg/0102/p.%20256)